

XXIII

DE
IMITATIONIS RHETORICÆ
STUDIO ATQVE INDOLE,
IN MEMORIAM
IVBILAEI
GYMNASII MERSEBURGENSIS,

a.d. XIX. m. DECEMBER.

A; R. S.

Dyut. M. D. C. C. L. X. V.

C E L E B R A T I,

E X P O N I T

M. DANIEL GUILIELMVS FVNCCIVS,
GYNAS. COLLEG. QVINT.



MERSEBURGI, LITTER. LAITENBERGER.



DE

IMITATIONE RHEOTORICAE
STADIO ALTOAE MEDIOE

IN MEMORIAM

YADIE VELI

GYMNASIUM HERSEBACHENSIS

PER ANTHONYUS GÖTTSCHE

1635

EDUCATIONIS

CELEBRATI

HESSEBACH

MEMORIAE GLORIOSARUM INGENIORUM

GYMNASIUM HERSEBACHENSIS

PER ANTHONYUS GÖTTSCHE

1635



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HALLE (SAALE)

VIRIS
SUMME REVERENDIS,
AC
GENEROSISSIMIS,
**IOAN. CHRISTOPH.
DE RONIKAV,**

Dynast. Pomsen, et Naunhoff. &c. Elect. Saxon.
Confiliar. intim. Summe Rever. Capit. Merseb.
Praelat. Culf. et Canon. resid.

ut et

**AVGVST. SIGISMUND.
DE WINKEL,**

Summe Rever. Capit. Merseb. Praelat. Scholaſt.
Canon. resid. et Suprem. Cur. Provin. Alſſeſ.

V A R I S

S A M M E G E V A R E N D I S

A G

G E N E R O S I S S I M I S

I O A N C H R I S T O P H

D E B O N I K A Y

D h u n g P o m p e u s c c N u m p h o r a c c E l e g y S a x o n

C o n s i l i u m s u m m a t u s R e a c t o r C h i c h i s t u s

B r a u c h C a f f e C h i c h i r i n g

u t c c

A V A C A S T S I G I S W A N D

D E W I N K U L

S u m m a R e c i a C h i c h i W e i g e r J u n c h S c h o p f e

C h i c h i r i n g a s t r u c t u r C a r t h o n a V i g e

VIRI
SVMME REVERENDI AC GENEROSISSIMI,

Patroni humillimo pietatis atque observantiae
cultu semper colendi.

SUMME REVERENDI AC GENEROSISSIMI

Patroni humillimo pietatis et quoq[ue] observantiae
cultu semper colendi

TESTORVM NOMINVM



*D*iu quidem multamque hesitavi, has levissimi argu-
menti plogellas VOBIS, disdiscendi timore de-
territus, offerre, illisque dignitatem, que deg[er]t,
VESTRIS splendidissimis praefixis nominibus conciliare. Sed
præter morem a maioribus nostris receptum, qui literarum sua-
rum monumenta aut principibus, aut Mecenatibus sacrarunt,
et ipsa huius diei solemnitas, et VESTRA summa indulgen-
tia, que mihi semper maximo fuit ornamento, omni eiuslo metu
me ad id commouerunt andendum, quod tantum viris summa
doctri-

doctrinarum laude florentissimis licitum esse videtur. Itaque
non humillime tantum a VOBIS peto, ut hunc libellum
VESTRO gratissimo patrocinio dignam indicetis, sed me
quoque, measque maxime exiguae literas VESTRO indul-
gentissimo praesidio commendo, qui nunquam esse, definam,

V I O R I

SVMME REVERENDIAC GENEROSISSIMI,

Patroni humillimo pietatis atque observantiae
cultu semper colendi,

VESTRORVM NOMINVM,

Merseburg,
a. d. xix, m. Decbr.
M. D. CC. LXXV.

humilissimus et dediicissimus cultor,
M. DANIEL GUILIELMVS FVNCGIVS,
Gymnaſ. Colleg. quint.



§. I.

*Imitationis studium omnibus hominibus
innatum.*

Nobis omnibus a natura inditum esse recte
videtur mirabile quoddam studium omnia
ca cupide atripiendi ac faciendi, quæ aut
præteritis seculis præclare gesta esse legimus
aut qua nostra ipsa aetate fieri videmus. Ut enim tempore
prodierunt tam diuino ingenio prædicti viri, ut artibus suis
ipsam naturam imitari, quinimo haud raro superare studie-
rent: ita etiam illorum monumenta relicta tantam sibi
conciliarunt admirationem, ut omnes, qui se eadem faci-
endo aptos esse fenserint, relictis omnibus rebus, ciudem
fame & laudis cupiditate, ad id toto incumberent animo, &
facere tentarent, quod hæc ingenia bene præclareque ges-
serant. Quo factum est, ut quilibet ars, non suos solum
habuerit cultores, sed etiam potius imitatores. Et sane
singularis simul exinde eluet, pro conferuandis artibus
et doctrinis, provida Dei cura, cui visum est non omnes
ac

ac singulos homines tam eximiis atque omni imitatione dignis animi aequae ac corporis exornare dotibus, sed tantum certis temporibus excellentia proferre ingenia. Si enim omnes homines, aut saltem multi, eodem tempore, eisdem predici conspicerentur dotibus; nihil haberemus, quod admiraremur. Memoria excellentium virorum brevi perire tempore. Maxime enim res, si vulgaris fiunt usus, nullius amplius sunt pretii. Tandem etiam quævis etas in eum fiuem vidit præclaros viros, ut inferiores semper ad eorum vestigia premenda excitarentur.

§ II.

Necessitas imitationis rhetorica.

Quod quam satum itaque omnia artium doctrinæ rumque genera sunt experta: recte iudicat ille Germaniæ præceptor, Philippus Melanchthon, in element. rhetor. L. II. c. 17. *Si quis est, inquit, qui iudicat imitationem, quam in aliis artibus maximam vim habeat, in una eloquentia inutilem esse, huius error non solum doctorum testimonii, sed sensu plane communis refellitur.* Licit a iugiter non tantum, et ab ipsa erudita antiquitate confirmata est imitatio: sed etiam, quia non omnes in tribuendis eloquentie dotibus natum habent fastricem, ut sine dissertissimorum oratorum exemplo, boni oratoris virtutes possint sibi acquirere, ob insignem utilitatem ex hoc imitationis studio redundantem, maxime necessaria.

§ III.

Instituti rationes moventes, et allegati autores.

Grauiter vero errant, qui hoc studium leue breuique temporis spatio absoluti posse putent. Non enim ferme in villa, præter hanc artem, tam perverse agunt literarum aman-

amantes, ut vix, si hos oratores audimus, risum tenere possimus. Quum præterea nostra ætas maxima horum hominum copia abundet, qui imitandi studio abrepti, ex quo quasi impetu, omnia, in quæ mens oculique cadant, imitanda sibi sumunt, et, ut euentus docet, tam finiflo fucello, ut totum eorum studium simile sit imitationi puerili vel histrional: hoc argumentum explicare non dubitavi, ut exinde appareat, plura, quam illi parum felices imitatores credant, a bono imitatore requiri. Non vero me in hoc arguento studio atque opera M. Fab. Quintiliani, Philipp. Melanchthonis, Gerhard. Ioan. Vossii, et celeberrimi, ac venerabilis nostri Ernesti, usum fuisse, nego.

§ IV.

Ratio tractandi.

Sed, quis finem, nisi ordine quodam illum persequatur, unquam prefixum attinget? Ut itaque de illo imperrando minus dubitem, si ex præmissa definitione rhetorice imitatione, quibusdam, que de exemplari sunt necessarie, ante monitis rebus, eius indolem tanquam e suo fonte derivarem, ipsam rem arbitratus sum optime posse intelligi.

§ V.

Explicata imitationis rhetoricae notio.

Quum ipsa rhetorica varie a viris doctis sit definita, nam, uti Quintilian in oratoriar. influit. L. II. c. 16. faterur, quidam rhetoricem vim tantum, quidam scientiam, sed non virtutem, quidam usum, quidam artem quidem, sed a scientiae virtute disiunctam, quidam etiam prauitatem quandam artis i. e. *καροτεχνια*, nominarunt: quo facilius, quid sub imitatione

B

ne

ne rhetorica sit intelligendum; monstrari possit, mihi præ omnibus aliis illa arrisit Aristotelica definitio, explicata a Gerhard. Jam. Vossio, qui in *institut. oratoriar.* L. I. c. I. mentem Aristotelis proferit: *rhetorica*, inquit, est facultas videndi, quod contingat ad persuadendum conducere. Imitatio igitur Rhetorica erit studium omnia ea in oratione simili modo adhibendi, que claris oratoribus ad persuadendum via sunt conducere.

§. VI.

Divisio imitationis ratione subiecti.

Hæc vero facultas non oratori tantum, sed poete quoque propria esse solet. Artem enim poetam corundem rhetorices artificiorum indigere, nec sine illis esse posse, neminem fugiet. Poeta itaque, si cupit excellere, lectoresque delectare, ab hoc imitandi studio abhorrire non debet. Duplex inde oritur imitationis species, altera poetis, altera oratoribus propria. Quanquam vero hæc duæ species re accuratius considerata, altera ab altera, sint distinctæ, minimeque confundenda: multa tamen poete cum oratore esse communia, huius studii indoles affirmat.

§ VII.

Ad imitationem requiriuntur exemplar, ex quod sit imitatoris officium ante illius delectum.

Vt pictor, si cuiusdam hominis imaginem vivis vult pingere coloribus, ita, ut imaginis adspectu, hominis recordemur, nisi antea illum viderit, minus feliciter in sua arte procedet: ita necessario adesse debet exemplar, in quod et oratores et poetae animo totaque mente intueantur, ut illud effingant atque exprimant. Ab hoc itaque imitationis initio facta, simul maxima cautio erit adhibenda.

benda. Non enim omnes clari oratores et poetae omnibus possunt esse exemplari. Nisi a via recta deflectere, imperitisque viatoribus similes, hinc inde errare velimus: ante omnia nostras animi vires sedulo atque accurate examinare debemus, ut, quid valeant hungeri, quid vero ferre refent, videamus. Non enim omnes eisdem gaudent viribus. Maximum inter homines discrimen parit non morum exteriorum tantum, sed potius ingenii, eiusque virium diversitas. Alter enim hoc, alter illo modo res obvias, salva tamen atque integra veritate, mentis sue contemplationi subiicit. Par etiam est ratio affectuum. Hic enim ad hunc, ille ad illum proclivior est animi affectum. Qualis igitur esset imitatio, si exempla a nostro cogitandi modo, et a nostris affectibus, toto, ut ita dicam celo, diversa, quid? quod nostri toti nature repugnantia, eligerentur?

§ VIII.

Prima exemplaris virtus.

Quamvis maximum exinde hominum eluceat discrimen: non tamen deerunt exempla nobis similissima. Semper enim similem Deus ducit ad similem. His itaque firmiter adhærebit bonus imitator, quos, hoc examine peracto, ad tuum ingenium proxime accedere, illiusque viribus maxima esse consentaneos, intelliget. Si contrarium petitur: non tantum imitatio erit coacta, et lectoribus odiofa, aut ridicula: cuius enim facultatis prima femina nobis non sunt innata, illam nobis nunquam comparare, multe minus omni preftita opera et studio, corrigere poterimus: sed his quoque imitatoribus plerunque id accedit, quod *Quinrilian. l. c. L. X. c. 2.* affirmat: *vim nempe dicendi atque inventionis non asequuntur, sed plerumque decli-*

B 2

declinavit in peius, et proxima virtutibus vitiis comprehenduntur,
sicutique pro grandibus tuniciis, presibus exiles, fortibus temerariis,
leuis corrupti, simplicibus negligentes.

§. IX.

Altera exemplaris virtus.

Quae vitiorum scylla si vitari debet, non sufficit
oratorem aut poetam nobis similem, sed eiuscha-
racter penitus, ut exploretur, necesse est. Primus enim
adspicetus fallere solet. Similitudo habet varias species,
diversisque admittit gradus. Forsan imitationis exem-
plum comitanter varia orationis vicia, qua mentis ocu-
lorumque conspectum fugiunt, et, si in vtro eloquentie
laude florente compiciuntur, virtutum formam induunt.
Quid itaque imitandum facilius assumentur? nonne illa vi-
tia, que ab imitatore non agnita, nunc, quoniam invene-
rit sui similem, inter ipsas eloquentiae virtutes referuntur?
Nam semper videmus meliora, probamusque, deteriora
sequimur. Antequam igitur imitationis exemplum eligi-
tur; consulenda erit eius auctoritas. Si commune elo-
quentia peritorum suffragium, examinatis eius vitiis non
minus quam virtutibus, in oratorum differrorum recepit
numerum, illiusque confirmat auctoritatem, sine minori
metu hoc exemplum sequi poterimus.

§. X.

Confutatio obiectorum respectu exemplaris.

Sed in delineando exemplaris charactere, duo po-
tissimum mihi obici possant. Primum aliquis mihi dicat:
si ad imitationem unum, tantum sufficiat exemplum, reli-
quos oratores nec esse audiendos, nec multo minus asfi-
dua manu terendos, quod tamen rhetorum preceptis sit

con-

contrarium. Recte. Sufficit vnum exemplum. Sed eam ob causam ceteri oratores non sunt negligendi. Vnius enim rei plures possunt esse fines, et re ipsa sunt. Nec, affirmato uno, negatur alterum. Vnum tantum exemplum eligendum est ad imitationem nempe, huius vestigii praeципue insistere, praeterea omnibus aliis frequenter legere, lectio repetita, sensim sensimque nostros sermones ad illud vnum exemplum componere, nec prius deinde illius trahentes deferre debemus, quam nos illi esse simillimos cognoscimus. Neque vero tamen ceterorum lectio prohibetur. Multa enim non tantum pulchre et eleganter dicta in illis inveniemus, que data occasione, nostro capto inferuent consilio, sed artis nostrarum literarum linieribus ampliandi illorum quoque lectio erit idonea. Vnde enim verborum rerumque copia, et ornatus dicendi acquiruntur, nisi frequenti probata fidei auctorum lectio? Deinde a quibusdam imitationis exemplum plane tanquam inutile relictum. Hi ad suæ cause fucum faciendum prouocant ad illos viros, qui indiscendis literis nullo virtutur magistro, in cuius verba iurent, sed, uti apes mel ex omnibus arboribus, omnisque generis fructibus colligunt, ita que illis placet, arripiunt, que minus iucunda utiliaque esse putant, despiciunt. Quem fugit nomen eclecticorum in philosophia? Nec tamen eorum auctus felicissimo caruit successu. Pro multis enim aliis magnam auctoritatem nachi immortalitati se commendauit. Idem se fecisse Horatius fatetur, Epist. I, 1.

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare iuter:

Nullius addidit iurare in verba magistri.

Quo me, cumque rapit tempestas, deferor hospes.

B 3

Sed

Sed quod paucis, id non omnibus contingit. Non enim uti monitum est, omnes sunt tam excellentis ingenii, ut sine duce, sine proposito exemplo, id assequantur, quod illis viris nomen conciliaverit immortale. Plerique bono quidem, non vero diuino gaudentes ingenio, si in rhetorices castris stipendum mereri, fuisse committonibus pares esse volunt, deserto imitationis studio, parum proficiunt. Deinde, quod de philosophia aliisque doctrinis affirmari potest, id non valet de eloquentia. In illis enim libera sententiarum relinquitur electio. Subtilis esse potest philosophus, qui ex omnibus philosophorum liberis suum condiderit systema, modo, mendacio mimicus, veritatem arripuerit. Sed raro sine imitationis exemplo, bonus orator aut laurea dignus poeta. Alia enim doctrinae versantur circa veritatem cognoscendam, eloquentia circa cognitam veritatem alia ita tradendam, ut simul commoueantur ad obedientiam veritati praestandam, quod artificium paucissimis a natura tributum plerique ab aliis dicere debent, ad quod sibi vindicandum imitatio viam patet tutissimam, ut etiam testatur, *Philip. Melancht, I. c. L. I. c. I.* non sine imitatione oratores effici possunt, neque imitatione preceptorum imitatione procedit.

§ XI.

Quid in rhetorica sit imitandum, ex illius fine intelligitur.

Nunc quæstio est dijudicanda, quid et quatenus, imitari debeamus? Ex prolata §. V. imitationis rhetoricae notione, respondemus: omnia ei imitari studeat huius artis amans, quæ claris oratoribus ad perfiendum visa sunt conducere. Finis itaque rhetorices optimus huius rei erit

erit magister, qui vero varius a doctis allegatur. Alii, inter quos ipse eminet *Quintilianus* l. c. L. II. c. 18. orato-
ris bene dicere faciunt finem ultimum: *Orator*, inquit,
semper bene dicer, quam sententiam duobus potissimum exem-
plis, altero a nauta, altero a Medico, petitis illustrare, si-
mulque contraria studeat refutare. Hunc sequuntur o-
mnes, qui Rhetoricam artem esse contendunt. Alii
vero Arithotelis, cui etiam assentit *Voss*, l. c. L. I. c. 1.
defendunt partes. *Arithotelis*, inquit, *finis est persuasio*. Nec dubium mihi, quin subscripturi sint huic sententie, quo-
quot eam examinabam ad logicę statere libramentum. Illud
quippe finis ultimus est, propter quod omnia sunt, ipsum
vero nullius sit gratia: *Atqui orator omnia agit, quod perju-
deat: persuadere igitur est architectonicus oratoris finis*. Er,
paucis interiectis, pergit; *bene dicere nequigiam est finis ul-
timus, quando id, quod alterius causa sit, finis ultimus esse
nequit*. Perjuadere vero est non nisi veritatem itaclare at-
que perpicue auditores docere, ut illam non solum cognoscant
et intelligent, sed etiam ad illam amplectendam impellantur. Hic finis itaque occupat duas precipuas animi
facultates, intellectum nempe et voluntatem. In intel-
lectu oritur veritatis lux. Hic argumenta ponderat, di-
judicat. et, quid illis insit veri, ipse sentit: voluntas orationis flumine commota non amplius veritati ab intellectu
agnite conuenienter agere recusat. En! quam late pat-
ter rhetorices campus! Sed non minus lati sunt imitatio-
nis rhetorice limites.

§. XII.

*Finis intermedius alteraque imitationis diuisio
ratione obiecti.*
Tantum vero absit, vt imitator non operam navet bene
atque ornate dicendo, ut potius hoc habeat pro fine ora-
tionis

tionis intermedio, quo postposito nullus unquam evadet bonus et disertus orator. Si itaque felicem sui sermonis optat exitum: omnino antea illi cogitandum erit de verborum ornatu, structura, eorumque ordine. Mens igitur tota dirigitur potissimum ad huc duo, adverba nempe et ad res, quas auditoribus persuaderi cupit, hinc duplex nascitur imitatio, verbalis sive verborum, realis sive rerum.

§. XIII.

A verbis initium imitationis debet fieri.

Verba vero, quum sint mentis nostrae signa externa, imitatio verbalis merito antecedit realem. Quare quomodo verborum imitatio oratori sit instituenda, breuiter ut explicetur, necesse est, Orator et intellectum debet instruere, et voluntatem mouere, quod, ut palam est ex §. XI, erat ultimus rhetorices finis. Hac duo imitatorum tempore ante oculos versari debent. Prima itaque illius cura haec erit, ut a suo proposito exemplari diseat artem, quid sua sit mentis, ita docendi, ut ab omnibus intelligatur, et, si sermonis argumentum posulat, voluntatem mouendi, ut obtiniperet. Quod, si scripture genus vtrique sive pars accommodatum, fedula imitatione facta, eligat, optime illum fecisse, omnes fatebuntur.

§. XIV.

*Quale genus scripture in rationibus explicandis
sit pristinum.*

Stilus recte vocatur a Cicerone optimus effector ac magister dicendi. Qui vero bene vult docere, ille prudenter verba atque elocutiones debet eligere. Omnis

enim institutio ad illum tendit scopum, ut eodem veritatis notiones in discendentium intellectu oriuntur, quas ipse doctor veras esse intra mentem suam percepserit. Videat igitur imitator, quibus verbis exemplar mentem suam aperuerit, utrum illa sufficiant eisdem notionibus producendis, quas ipse autor fenerit, an minus. Deinde, quin omne, quod verum sit, non semper statim primo intuitu, sine additis rationibus, cognoscatur: multa enim sunt ipso sole clariora, que tamen homo aut errorum caligine obsecutus, aurantecaptis opinionibus illaqueatus, detestatur, sibique vel gravissimis luctuositatisque rationibus prolatis, vix potest persuadere. Scriptura itaque genus dicat a suo exemplari, imitator clarum et perspicuum.

§. XV.

Perspicuitas non solum in verbis, sed in argumentis, quaque cernitur.

Perspicuitas est unanimi omnium rhetorum consensu prima et necessaria, quam imitator sibi acquirat, virtus, qua in singulis verbis atque elocutionibus non minus quam in rationibus cernitur. E verbis vero atque ex elocutionibus, si elegantur verba naturae rei aptissima, ita, ut statim vera se prodat rei notio, elucet perspicuitas. Quid vero proderunt verba clara, si argumenta intellectu sine difficultate? Nonne error erit metuendus? Nonne eiusmodi scripta auditoribus parient nauseam? Qui enim non vult intelligi, non debet legi. Id igitur imitatori praecipue erit curandum, ut perspicuitatis vestigia in suo exemplari se se offerant ubique persequantur.

C

XVI *Lna-*

§. XVI.

*Qua ratione obscuritatem perspicuitate oppositam
imitator evitare debeat.*

Perspicuitati e diametro opposita est obscuritas. Hec in eo consistit, si nec notiones rei, nec argumenta ita possint intelligi, ut veram in nobis efficiantur imaginem, ut semper illas ab aliis secernere, argumentorumque nexus necessarium perspicere valeamus. Hanc obscuritatem assertunt non præsa solum et nouata verba, sed etiam pleraque rhetorices figure minus recte usurpata. Sic vox vario sensu utrata, nisi sensus definatur, obscuritatem gignit, quam proferat etiam ambigua verborum elocutionisque conformatio, deinde, si regantur ea, quæ, quia aut minus sunt honesta, aut tristitia ac merorem, vel alios animi cruciatu inferunt, orator non audet dicere, quanquam ad finem orationis obtinendum faciant. Tertio si lermo pro rerum amplitudine, argumentorumque pondere, est brevior, quam ut recte capi possit atque intelligi. Denique, si voces ordine necessario coniuncte duelluntur, inter se permutantr, et transponuntur. Eheu! quot sunt obscuritatis species! Quænam vero tot malis afferenda erit medela? Dari quidem possunt regule, et de his malis medendi ratione rhetores præceperunt. Quis vero regulis propria experientia nondum probatis afflentiet, ad quas exercendas per multum laboris suscipi oportet. Imitationis vero solertia omnia obstacula sensimensimque removebit. Primo in legendis autoribus iudicij acunione uti debemus, cuius auxilio omnium imponentorum montes possunt superari. Tunc, quod scri-

scripture genus in exponentibus aut ignotis, aut intellectu difficultibus, non minus quam in rationum demonstratione, a viris emulazione dignis sive lectorum, et quam prudentiam in figurarum usu monstrauerint, facile cognoscemus. Nullus enim speciale auctoritatis orator, si mentis sua notiones aut obscuritate aut ambiguitate laborantes ulterius et prolixius excutendas esse censuit, splendida, cumida, parvula, aut prorsus ignota elegit verba, sed potius id cura illi fuit, ut scripture genus in harum rerum declaratione, nec sublimitatem affectaret, nec nimiam verborum inanum aut dubiorum, prideret copiam, nec denique humile fieret aut abiectum. Quos fit, ut semper boni oratores, suam mentem obscuriorem planis nullaque ancipiti interpretationi expostris verbis arque elocutionibus clariorem reddere studeant. Vnde enim tot variae, quin innumere propemodum de hac vel illa veritate lices sunt exorta? nonne ex notionibus obscurioribus minus recte intellectis? Et nihil, prater terminorum claritatem, persuasionis finit est magis conveniens. Bene enim oratoris mente percepta, attentus auditor dimidiati serae demonstrationis partem vel conjectando assequi poterit. Deinde vero, si illa eloquentie illufria exempla consuluntur, in pertractandis argumentis, quoad scripture genus, duplex potissimum animaduertetur artificium. Primum in rariori rhetoriarum figurarum, que commouenda voluntati aptiores esse creduntur, uero versabatur. De industria in his locis illi viri omisissae videntur, quodcumque verum, quem intendunt, sensum posit perturbare; aut animos auditorum fluctuantes relinquat, et dubitantes.

C 2

Inii-



Imitatio itaque docebit verum legitimumque omnium figurarum usum, ut illis pro lubitu, sine iudicio, minus considerate, in quovis sermonis loco, uti sit prohibitum, Alterum artificium in eo merito ponitur, ut boni oratores non prius suas rationes relinquant, quam illarum perspicuitatem in se ipsis percipiunt. Nam quo major claritatis lux nostræ inest intellectui, eo facilitior negotio illum in auditorum animis, recta via incendentes, incensuri fumus, Quem in finem vero hac disputata sunt? Nimirum ut imitator videat, quam in aspergenda oratorum perspicuitate inire debeat rationem, ut obsecratus ambiguitatisque sermoni perquam noxie portum felicissime effugiat, Nam tunidos et corruptos, tremulos, et quocumque alio cacozelia genere peccantes, certum habeo, non virium, sed infirmitatis vitio laborare, ut corpora non robore, sed valeridine inflantur, et recto itinere lapsi, plerumque divertantur. Erit ergo obscurior, quoquaque deterior. *Quintil. L.c. I, II. c.3.*

§. XVII.

Alterum vitium perspicuitati contrarium imitatori fugendum.

Neque vero hi tantum sunt orationis morbi, quibus nederi debeat bonus imitator, sed aliae contagiones irreperunt. Quem fugiunt illa tempora, quibus si orator verba et locutiones peregrinarum linguarum a paucissimis intellectuarum ipsi demonstrationi immiscetur, summis laudibus in coelum usque efferebatur? Præterierunt illa tempora. Sed mutatis temporibus alijs mos inualefcere videtur. Non quidem amplius audimus Latinas, Grecas, aut Hebraicas Germano sermoni immixtas voces. *Quis vero*

vero nostra arte, mos plerosque inuasit oratores? Lingua quidem vernacula dicere contendunt. Sed a lingue puritate paulatim recedunt. Valent undique Gallorum et Anglorum mores, quibus etiam lingue nostrae palmam eripere tentant. Tacemus quidem in nostris orationibus Gallicanas et Anglicanas elocutiones, sed, *beu! risum teneatis amici!* vos oratores Germanos legisti aut audisse affirmatis. Quantum fallimini! Auditiss viros Gallicanam aut Anglicanam lingua Germanis vocibus exprimentes. Contra nostrae lingue genium inducitur harum praeceps diuinarum linguarum constructionis ordo, et haud raro ipsa his tantum linguis propriis male Germanice redditia leguntur, vel audiuntur. Quantum mali nostrae linguae puritati imminet? Rogetis quæso vos ipsos, an omnia, quæ legeritis aut audieritis, clare et perspicue intelligatis. Maxima auditorum pars illos quidem oratores admirabitur; aliosque claritatis et perpicuitatis studioflos reiicit, sed temere se illos, illorumque argumenta iactat sati intellexisse. Aurum quidem pruritus novo isto inconfertoque dicendi genere excitatur, neque vero intellectus docetur, neque voluntas corrigitur, adeoque sermonis scopus perit. Imitatori itaque puritas sermonis erit retinenda, quam etiam, si lingue, quam dicendo uritur, sequent exempla, facillime offendet, nec illius iacturam timebit.

§ XVIII.

Tertium vitium, quod imitator effugere debet.

Contra hanc veræ eloquentia primam virtutem peccant quoque ii, qui in demonstratione sublimiem illumine poe-

C 3

poe-

poetarum stilum affectant. Optimum vero nisi sapienter pru-
 denterque ordinetur erdirigatur, quum abeat in pesimum;
 sane labor erit inutilissimus, maximeque temerarius. Ac-
 cedit plerumque, ut ex hac affectione tertium quoddam
 scribendi genus, quod recte diuidicatum, nec est poeti-
 cum, nec oratorium, nascatur, multisque aliis ab eloquen-
 tia alienis navis scatet. Invenietis enim hanc raro inuti-
 les tautologias, et notiones, que, si resoluuntur, contra-
 rium simul involvunt sensum, aut parum claritatis argu-
 mento afferunt, spisis tenebris mentem obtegunt, illam-
 que longis ambigibus circumiacenti priscina ignorantiae
 reddunt. Quis enim, quæso, veritatem tam deformem,
 illoque indignissimo habitu vestitam facile perspiciet?
 Hoc nemini, quamquam Herculeum perferat laborem,
 contingit. Maximopere igitur veritati cognoscendæ, de-
 monstracionisque rationibus hanc dicendi scribendique
 rationem obesse, nemo non fatebitur. Præter hoc fer-
 monis perspicuitati illatum damnum eiusmodi stili affec-
 tator sibi ipsi nocet. Multum enim imbecillitate iudicii
 potissimum prodita, sua derogar laudi. Si enim oratio-
 nis argumentum, iudicio in auxilium vocato, probe pon-
 deraret, fine dubio ingenio luxurianti minus indulgeret,
 imitor itaque sedulo cauebit, quo minus horum vitio-
 rum claritati repugnantem se faciat suspectum. Ad
 quod efficiendum ille studiose inquirat, quo sensu bo-
 ni oratores verba atque locutiones fumant, an cothurnis
 in veritatis argumentique natura enucleanda incedant.
 Certe illos eiusmodi stilm abhorruisse, et si in qui-
 busdam locis poetas affectauerint, necessitate, que
 ex contextu patet, coactus esse, cognosceret.

§. XIX.

§. XIX.

Quartum vitium ab imitatione alienum.

Sunt tandem, qui haec omnia evitare cupientes in alterum extremum incident. Sublimitatem quidem poeticam abominantur, sed in illius locum humile, et abiectionem surrogant scribendi dicendique genus, aut illud, quo uitetur in familiaritate eum alius. Quid inde? Sepe dicunt illi oratores, quicquid in buccam veniat, parum solliciti, utrum argumentorum gravitati verba et locutiones respondeant, nec ne. Hac dicendi ratione probata, ad nullam certe artem facilius patebit via. Nec multum est legendum, nec animi vires meditando frangentur, nec imitationis labor erit necessarius. Sic id brevi temporis spatio absoluere poterimus, in quo perdiscendo praeclarissimi viri multos annos, quin imo maximam nobiloremque vite suæ partem consumferunt. Illi boni viri otio plenrumque dedit, si tantum dixerint, modo sit aptum, modo ineptum, oratoris partibus se se pulcherrime perfundentes esset, sibi perfusatim habent. Sed quum in uniuersum quisque honestus animus nimis vulgares, humilesque voces iam in familiaritate fugit, multo magis id decet oratorem. Remissior enim, audiendis eiusmodi oratoribus, sit animus, nec raro temporis his sermonibus tributi eum poterit, nec res sit clarior, sepe potius implicita, peritque illius dignitas, qui filio bene ordinato retinetur. Timendum quoque est, ne crebrioribus his sermonibus auditis, hoc veneno inficiatur animus. Quo quis itaque a natura quasi adhumile abie-

abiectumque genus est proclivior, eo magis illi probatorum virorum imitatio erit commendanda. Hec erit illi optima dux et magis fratre. Manibus quasi cum ducet in amoenissimum vera eloquentiae horum, monstrabit pulcherrimos fructus, omnem humilem abiectumque studium expulsuros. Sed quoniam valtissimus sit campus, melius suis rebus consullet imitator, si verborum locutionumque ornatum non ex uno tantum bona note oratore discere studeat, sed ceteros etiam adeat, et quicquid de re sua sit, ex illis depromat. Multum vero laboris, quoniam magna verborum atque locutionum copia ad apte rebusque convenienter dicendum requiratur, imitatores experientur, quod tamen studii assiduitas sensim sensim vinceret,

§. XX.

Quid statuendum sit de imitatione poetarum.

Legibus vero oratori profacio lati poetae sunt exempli. Nam

Pidoribus atque Poetis

Quidlibet audiendi semper fuit aqua potestas.

Horat. de art. poet. Hic poetae suos comites deferunt. Ambo quidem, orator et poeta ad prefixum claritatis metam attingendam equelestant pede. Sed et ratione argumenti et imitationis aliam viam ingrediuntur. Argumenta enim poeclios ita sunt comparata, ut magis mentem delectent, quam doceant, deinde aliam exprimendrum notionum postulant rationem. Quod suis comitibus oratoribus est interdicendum, illisque ambiguitatis obscuritatis que invrere potest maculam, his non tantum est permisum,

sum, sed laudi honorique etiam vertitur. Colligant itaque flores ab oratoribus contentos. Hinc videtis iucundissimas descriptiones, venustissimarum formarum imagines, hinc splendidissimam verborum elocutionemque pompam, viuos rerum colores, divinum illum solis poetis proprium ignem, cuius flamma totam incendit mentem. Quo uberior unctiois poetica modus conspicitur, eo felicius proceder imitationis opus. Sine legibus, quicquid sit rectum, poetarum imitator, succurrentibus ingenii viribus, apprehenderet. Similis erit indefesso mestori, cuius aspidæ manus agri fructuum varia genera, nullis relictis, colligunt. Qui vero mediocribus tantum poeſeos talentis se sentit esse preditum, illi in hoc negotio idem laboris cum oratore gravissimum onus ferendum manet. Quod primo oculorum intuitu vider, id denum longo peracto examine, hic iuam esse intelliget, nec, si a trahite ab ingenuo monstrato discedit, poeſeos regulas defensit, unquam efficiet, nec suis carminibus applaudetur. Plus itaque laboris, quam orator, ac studii fulcire debet poeta. Quidam enim sunt varia carminum genera: quodlibet eorum singulari opera erit imitandum, *Satyrorum enim ipsa ex mente Melanchthonis L.c. L. II. c. 17. est ei, quem velis Elegiam scribere Horatii Odas aut Satyras potius proponere, quam Ovidium aut Tibullum.* Cuius generi sunt proprie virtutes, propriusque usus. Imitatoritaque adhas duas res intendat mentem, e.g. si genere heroico Mæcenatis aut herois res placare getas canere, illasque immortalitati tradere cupit: ut hujus, non aliis generis simili eligat exemplum, a quo artificium simili modo carmen componendi petat, necesse est. Nec in hac re tantum acquiecat, sed infinges poeta ilii simul verum cuiusvis

D

gene-

generis usum suppeditabunt. Hic enim vel maxima, qua pre oratoribus gaudent poetæ, iusti limites positi sunt licentiae. Non enim liber ad quodvis genus poetis patet aditus. Quam enim argumenta poetica varie sint conditionis, ita ut aliud genus rebus serii, aliud competit iocofisi; peruerse ageres poeta, si ad fingendas et carmine ferio de pingendas res sumeret genus iocosum, aut res iocofas caneret genere elegiaco. Utina nauta, qui vento aduerso petit portum, nunquam illum intrabit: ita eiusmodi poetam semper spes sua frustrabitur. In eo vero illis antiquioris et recentioris avi vatum principibus iusta laudes non possunt denegari. Ex eorum enim carminibus, eluet summa prudenter, ut semper genera rebus dignissima adhibuerint. Nonne itaque carminis generum iusti verique usus merito habentur doctores. Vide, imitator, tibi illorum insignium virorum lauream affectanti, leges nunquam transgredendas esse latas. Disce ab illis, quod genus huic, quod verso illi respondet poetæ argumento.

§. XXI.

Imitatio filii in commouenda voluntate.

Non vero circa intellectum instruendum versari tantum debet oratio, sed etiam petit voluntatem, atque ita dirigitur, ut haec veritatem ab intellectu agnitam accipiat, illigique conuenienter agat. Quomodo filius oratoris, qui, veram esse suam sententiam, alius persuaderet cuperit, debeat disponi, temperari, et gubernari, qua ratione orator pariter atque poeta, exempla proposita sequantur, nec non illum ab hoc interdum deferi, faluo ramen scopo praefixo, breviter exposuimus. Nunc pauca etiam de imitatione, quatenus illa ad animi commitionem spectat

speciat, monebimus. Vehementiorem, gravorem, magis que ornatum filium, quam intellectus institutio, postulat voluntas cum suis viribus. Hinc formam mutare debet orator. Ad quod probandum nullis prolixioribus rationibus opus esse censeo. Res ipsa loquitur, et nostra propria consentit experientia. Quis enim sui ipsis conscient non de se ipso fatebitur, voluntatem sive, quamquam intellectus veritatem penitus perfixerit, tamen obedientiam reculare, nec, nisi gravi oratione argumentorumque armis fit vicia, facile posse commoueri? Sane lectors eodem, quo ad lectiōnēm acceperunt, discedunt animo, aut auditores, sine illa vehementiori commotione perceptra, oratorem relinquunt. Nec imitationis opus timebit diligentia; Que si orator fugere velit, filium mutare debet. Sequetur in hac re non tantum suum exemplar, cuius attenta lectio vel in eo illi maximo erit usui. Sed quum raro in uno exemplo omnes, quae dicuntur graviores commotiones, expresse inveniantur: alia una cum nostro eligi debent exempla. Alias regiones visere, vti viator, ita et orator, siue se putabit. Sicutenim quelibet terra hac vel illa re aliis merito anteponitur: ita haec animi commotio in hoc, illa in illo oratore maiori cum grauitate coniuncta legitur. Volebat itaque imitator ab altero ad alterum florem. Colligat mel, ubicunque inveniat, Portae sunt aperte. Accessus facilis. Sed, enī! qui anteā le alterab altero separauerant, poetanempe et orator profaciens, illi hic mutuis amoris signis editis, sese amplectuntur. Amborum res est communis. Antea vetitum nunc est licitum. Imitator ratione stili influendo intellectui apti, poetarum lectiōnēm spretam, in perdomanda voluntate recte iudicat, suam esse, illamque cupide petitam sequitur. Neque vero hoc consilium antea monitus est contrarium, neque nouum atque inauditum.

D 2

Quod

Quod enim uni rei repugnat, illud alteri saepe mirum in modum infervit. Nihil vero etiam est novi. Ipse Quintilianus Theophrastum de hac re differentem inducit, eiusque confilium laudat, l. c. l. X. c. l. Plurimum dicit oratori conserre, Theophrastus lectio[n]em poetarum, multique eius iudicium sequuntur, neque id immerito. Namque ab his et in rebus et in verbis sublimitas, et in affectibus modus omnis, (hoc probe teneatis imitatores) et in personis decor petitur. Nonandum vero ratio expedita est, quid orator poesis quasi raptum reportare domum debeat. Hunc nodum soluit idem Quintilianus ibidem paullo inferius. Meminerimus tamen, inquit, non per omnia poetas oratori esse sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum, tantumque illud studiorum genus ostentationi comparatus, et praeter id, quod solam petit voluptatem, eamque etiam fingendo non falsa modo, sed etiam quedam incredibilia sectatur, patrocino quoque aliquo iuuari, quod alligatum ad certam pedum necessitatem, non semper propriis uti posst, sed de pulsum a certa via ad eloquendi quedam diuerticula configiat. Nec mutare quedam verba, sed extendere, corripere, convertere, dividere cogatur: nos vero armatos flare in acie, et summis de rebus decernere, et ad victoriam nisi decet.

§. XXII.

Transitus ad verum imitationem.

Omnia hue usque tractata perrinent ad verborum imitationem. Verba vero nondum sufficiunt ad persuadendum. In eo omnes rhetores habeo contentientes, qui unanimiter Quintilianum sequuntur. Hic ita disserit. l. c. l. X. c. *Imitatio non tantum in verbis, illuc intendenda mens, quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque personis, quod con-*

constitum, quæ dispositio, quam omnia etiam quæ delectatione videantur data, ad victoriam spectent. Quid agatur prooemio, quæ ratio, et quam varia narrandi, atque refellendi, quanta in affectibus omnis generis motuendis scientia, quantaque laus ipsa popularis utilitatis gratia assumta, que tum est pulcherrima, que sequitur, non cum arcessitur. Hæc si perviderimus, tum vere imitabimur.

§. XXIII.

Quot partes sermonis completi sunt statuende.

Quæ si mente attentiori considerantur: imitationem rerum omnes orationis partes sibi subiicere, recte iudicatur, in quibus statuendis in tanta virorum discordia, quorum alii quatuor, alii quinque, alii sex orationi assignant partes, quem sequatur, animus vere dubitare incipit. Per illustratis omnibus sententiis, Aristotelem *Voll. I. c. L. III. l. c. adductum*, præ aliis in hac rerum incertitudine dum mihi elegi, non solum ob ingentem sectatorum numerum, sed potius, quæ eius sententia optime orationis fini ultimo, persuasione nempe, fauere videtur. Hic vero quatuor partibus omnem orationem absolví censer. Nec cur, quanquam orationis genera pro mutatorum temporum statu mutata esse videantur, illæ tamen unicuique et sacrae et profanae orationis generi non sint tribuenda, video. Partes itaque ex illius viri mente sunt quatuor necessariae; Exordium, Proposito, Fides, et Peroratio. Nulla vero harum orationis partium caret suo artificio. Circa quamcumque rem aut orator aut poeta sit occupatus; uterque inveniet similem iam pertractaram. Quid inde? uterque configuit ad rerum imitationem,

§. XXIV

§. XXIV.

Initatio exordiorum.

Naturam exordii orationis argumentum optime docet. Unus vero idemque finis omnibus exordiorum generibus est propositus, nempe, ut indicetur orationis scopus, ac preparetur auditoris animus ad reliquias dictio-
nem. *Voss. I. c. L. VIII. c. 7.* Quomodo vero hoc rite fiat, breviter indicat *Quintilianus I. c. L. IV. c. 1. id fieri,* in-
quit, *tribus maxime rebus, inter avores plurimos constat, si au-*
ditorum benevolum, attentum, docilem fecerimus. Ad quod in
animis efficiendum, duplex requiritur artificium. Aut
enim aperitis actionibus animum auditoris nobis idoneum
ad audiendum reddimus, aut oblique et latenter illius
animum subimus. Aut enim exordia a dignitate perso-
narum, aut a temporis opportunitate, aut a momento rei
tractande gravissimo leges desumta. En! imitator, quid hic
sit tui officii. Consulas oratorem de res simili dicentem, et
videas, qua rarum proletarum rationum animos, audito-
rum sibi reddiderit benevolos.

§. XXV.

Initatio propositionum.

Exordium recte excipit propositio, sive orationis ar-
gumentum. Hæc quidem interdum, præcipue ab anti-
quioribus oratoribus, quia iam ex exordio, et interdum
ex illius narratione annexa cognoscitur, proferri est omnia.
Quo factum est, ut quidam, qui de rhetorica præcepérin,
non necessariam illam orationis partem esse existimaverint.
Sed quoniam hodie artis rhetorica, noua hinc inde assumpta for-
ma, ab illorum veterum doctorum methodo discedat, nunc
merito propositio cum oratione tam arcto vinculo est con-
juncta, ut ab illa nullo modo separari possit. Omne vero

ora-

orationis argumentum est aut simplex, una tantum primaria notione conspicuum, aut compositum, plures simul elocutiones involvens. Nec magnum hoc loco est imitacionis opus. Dicat tantum imitator a suo exemplo proposito, quibus terminis propositio similis a suo exemplo sit enunciata, et studeat eidem claritatibz suo argumento conciliandæ. Hac enim propositionis virtute neglecta, ne obscuritatis accusetur, merito timeret. Quomodo enim, primaria notione minus intellecta, cetera cognoscentur? Quomodo et intellectus ad veritatem recipiendam, et voluntas ad obedientiam poterunt invitari, duci, commoveri?

§. XXVI.

Imitatio rationum.

Maius vero imitationis studium expectat tertia sermonis pars, nempe fides. Quis enim sua rei sine prolati argumentis fidem faciet? Sine illis nulla erit persuasio. Pro rerum vero diversitate diversa etiam sunt variantque rationum genera. Omnis autem res addicendum apta aut affirmatur aut negatur. Hoc respectu, ut cum rhetorices magistris loquar, distribuitur fides in confirmationem, si res ut vera accipienda suadetur, et in confutationem, querem, quia est fallax fictaque, monstrat reiciendam, aut aduersariorum sententiam destruit. Priusquam orator contrariam armis aggreditur sententiam oppugnandam, praemittet notiones causæ sue veritatem evincentes. Nullus enim, nisi sit antea in veritate, grauiibus rationibus adducitis, confirmatus, contrarie sententie falsitatem clare et perspicue videbit. Exinde rationes, que pro causæ bonitate loquuntur, primum merito merentur locum. Sed restant plura difficultiora facta, que imitationis excitant studium. Prima enim qualitas dijudicanda erit

erit de rationum numero, deinde de eorum ordine, ut
persuasionis finis impetrari poscit. Plurimorum quidem
virorum eruditorum si auditur consilium; rationis non
densari oportere dicunt. Recte, quod enim fieri
debet per pauca, non debet fieri per plura. Sed in-
inueniri tamen possunt orationes, que, nisi rationum mul-
titudine ornentur, intellectum auditoris parum, aut mi-
nime ad assensum allicitant. Quomodo itaque hoc nego-
tium optime erit expedendum? Cautus atque circum-
spectus orator petet consilium ab aliis, et ad inventum si-
mili argumenti sermonem componere studebit suum. Si
rationes densatas in simili re legit, suas etiam multiplicabit:
si minus eisdem et paribus armis animos oppugnat,
et adveritatem compellat. Ita proponendum etiam
iudicandum erit de rationum ordine. Multum enim in
confloienda hac lite dissentient docti. Eorum enim alii
orationes firmiores, alii infirmiores collocant imprin-
cipio. Utraque partes suam sententiam defendant,
illi, qui firmioribus rationibus, medio inferioribus reliquo,
primum concedunt locum, provocant ad auditoris animum,
quem, orationis initio dicunt, cupiditate ardore
cognoscendi, quod afferatur ad cause probationem, quod
etiam fieri in fine, quia postrema animo maxime inhære-
ant. Qui vero firmioribus hanc primi ultimique loci
dignitatem denegant, cause sue patrocinium in ea se in-
venisse putant, ut hanc persuadendi rationem, quia intel-
lectus humanus a facilioribus ad difficiliora confutus sit
adscendere, et omne cuiuscunque doctrinae initium a fa-
cilioribus petatur, reprehendunt ut perversam intellectui-
que repugnantem. Optime monitum a Celeberrimo Er-
runc. *uit. rhetor. Cap. IV. §. 222. ordinem argumentorum non certa-*

qua-

quadam lego contineri. Sed tamen vel in hoc rationum ordine imitationis studium erit utilitati. Non deerunt exempla in simili casu sectanda, quin ino duplice exinde carpet imitator fructum. Primo enim comprehenderet ordinem argumentorum, eorumque seriem, quem si observeret, omni excusatione erit dignus. Deinde vero etiam illorum nexum, quo inter se coniuncta sunt, arctissimum, et quomodo alterum alteri sit superfructum, facile animaduertet. *Quis, queso, si simili ratione quasi aciem instruit, hunc imitatorem in iudicium vocabit?*

§. XXVII.

Imitatio confutationis.

Alterum rationum genus cernitur in confutatione, iterumque duplex est speciei. Aut enim vindicamus nostram sententiam ab aduersariorum dubitationibus, quibus illum oppugnant, aut contrariam illorum nostreque oppositam ipsi aggredimur sententiam. Sicut igitur miles addebellandos hostes variis utitur armis, neque tamen omnibus simul, sed modo his, modo illis, pro necessitatibus ratione: ita orator validis rationibus instrutus, in aciem contrahostem procedit, sed varium ordinem diuersumque modum observat. Recele enim monet *Vof. l.c. L. III. c. 5.* *interdum, inquit, ostendimus, falsa esse proveris assumta, interdum, iis concessis, complexionem ex his consequē negatur: interdum contra firmam argumentationem alia æque firma, aut firmior ponitur: interdum utimur elevatione, ridendo argumenta aduersarii.* Quid prodest hæc omnia arma nosse, ignoto illorum usu? Nec semper viva doctoris vox nobis sufficit. Tunc denum si probatorum autorum exempla sequimur, quanguam, uti inter omnes harum re-

E

rums

rum peritos viros constat, sape numero hoc imitationis studium Mineruæ elicere sudorem, et vel sumissimis humeris longi diuturnique laboris imponit onus ferendum: animum tamen non despondere debemus. Hi sempiternae laudis viri, deficiente viua magistri voce, artem adversarios convincendi, optime nobis instillabant.

§. XXVIII.
Imitatio perorationis.

Rationes bene ordinatae luculentergue demonstratae habent tandem perorationem comitem, ultimam sermonis partem. Peroratio vero est, consentientibus omnibus rhetoribus, artificiosus orationis exitus, cui quidem multi quatuor, alii maiore iure non nisi duas adscribunt partes, nempe enumerationem et affectum. Prima pars nec initiatorem defatigat, nec eius frangit vires. Ut auditores viuam retineant rei tractatae memoriam, sive officii disertus orator non oblitus, aut brevissime, aut prolixius, prout iustum æquumque esse censat, enumeratis rationibus, rem sermonem demonstratam repetet, unde appellatur recte recapitulatio. Breuitas itaque perorationem ornat, cui altera virtus est sencia, nempe ut sit aeris, quæ aculeos relinquat in auditorum animis. Quodquam fine affectu nunquam fieri poterit, inde enauficit altera pars perorationis, nempe affectus, quem si orator prudenter regere sciat; impetrata victoria recte triumphare iudicatur.

§. XXIX.

Transitus ad imitationem affectuum.

Quanquam in quibusdam sermonibus, quam coram argumentum plane nullos admittat affectus, etiam illi in peroratione omitti possint: maximus tamen sermonum numer-

numeris, nisi illos orator bene tractaret, suam amitteret grauitatem simulque finis periret. Minime autem in una oratione omnes ac singuli possunt concitari affectus. Hinc prima imitatoris erit cura, ut imiteretur affectus sue orationis proprios. Sed hic locus est amplior, quam quis credat. Triplicem potissimum discutienda erit quæstio: primo, quid affectuum imitatio presupponat, deinde, quinam affectus brevius, quinam vero longius desiderant imitationis studium, denique quid in eorum imitatione erit obseruandum.

§. XXX.

Quid imitatio affectuum presupponat,

Omnium affectuum, qui recte a Cicerone designantur, ut sint vehementiores animi commotiones, sola sedes est nostra voluntas, quæ cognitis ab intellectu rebus, vario modo afficitur. Aut enim rem ab intellectu clare perspectam nostræ utilitati, nostrisque inservire commodis, sentimus, quo sit, ut vehementissimo huius rei posidenda et retinenda flagramus desiderio, inde paritur amor. Aut res nobis nocet, nosfrosque destruit fines, abhorremus igitur et detestamur illam, inde nascitur odium. Omnes ceteri affectus, quorum maximum numerum congesit inter alios laudatus Vossius I. c. L. II, c. I. aut priori, aut posteriori, aut utrisque simul primis illis commotionibus suam debent originem. Quid igitur affectuum doctrina in oratore atque imitatore presupponit? Ut ambo omnes quacunque vehementiores animi commotiones non nomine, sed re ipsa sciant, illarumque causas, unde oriuntur, et utrum angustiores, an largiores illis sint positi limites, probe perspiciant. Harum enim rerum ignarus

E 2

rus

rus orator nunquam habebit animorum habenas, nec imitator multum proficiet in suo studio. Suum exemplar, quid? quod etiam alia, ad quorum lectionem extendit manus, leget, perleget, sed hercule sine fructu. Nam nec ullum affectum, nec illius gradum videbit,

§. XXXI.

Quinam affectus breuius, quinam longius imitandi studium expectent.

Quinam vero affectus breuiores, quinam longiores desiderent imitationem, hec est altera quaestio. Omnes quidem homines sentiunt hos voluntatis dominos, sed non omnes aequali gradu. Pro nature varietate varius quoque est affectuum modus, ita, ut hic affectus leuiori modo in hoc, ille in illo positus concordari animo, e. g. hominem bilisum ira quacunque oblata occasione inuidit, cumque miserrimum cruciat. Quid inde? ille nostri animi commotiones, ad quas nostram Deus fixix naturam promitiorem, nullo, aut saltem breviori imitationis labore, excitari possunt. Longe vero alia est ratio earum commotionum, quarum infirmos aut propemodum nullos nostrarum animis percipit stimulos. Quibus perdomandis indefessa imitatio vix par est. Tunc imitator cum Tibullo L. III. eleg. 6. fateri cogitur:

*Heu mihi difficile est imitari gaudia falsa!
Difficile est, tristi fingere mente iocum.
Nec bene mendaci risus componitur ore,
Nec bene sollicitis ebria verba sonant.*

§. XXXII.

§. XXXII.

Continuata' questionis discussio.

Deinde alia eorum commotionum semper in animo residet, eumque lacefere non definunt, aliae vero sicut rapida ignis flamma, cito oriuntur, cito quoque perirent: aliae tandem, tanquam ex improviso, ut hostis, e suis latebris, profiliunt, totamque mentem primo impetu deuictam fecum abducunt captiuam. In imitationis itaque studio hoc maximi momenti, quod intercedit, differimen probe revere debet imitator. Bene instituta imitatio in animi commotionibus illi non recusabit officia, armaque porrigit, simulque eorum verum usum docebit, quenam commotiones lento gradu, quenam alacritate debeant oppugnari, quenam statim pareant, quenam denique, omnibus profusi viribus, victoriane promittant, quid consilii sit capiendum, si illarum imperium aut perpetuum esse debeat, aut saltem temporarium.

§. XXXIII.

Quid in affectuum imitatione obseruari debeat.

Nunc restat inquirere, quoduplici modo circa affectus exprimendos imitator versetur. Triplici vero ratione hoc opus conficitur. Non enim sufficit affectuum agmen in animo producere, sed etiam difficil oportet, quomodo excitati possint reduci, aut prorsus extirpari. Accuratas sermonis argumenti cognito primam in hac re ferrarem. Eius enim indeo iponte sua affectus aut excitandos, aut leniendos, aut monstrabiles delendos. Artem vero hoc in auditoris animo efficiendi docebit imitatio, quae erit exemplar, ad cuius imaginem hoc opus sit incipiendum, perse-

E 2

quen-

quendum, tandemque absoluendum. Sic scopus imitationis attingitur.

§. XXXIV.

Quid sit indicandum de vocis gestuumque imitatore.

De imitatione gestuum vocisque haud multa precipi posse videntur. Si naturam sequitur imitator: prudenter procul dubio ager, quam qui alios in hac re lectatur. Nam periclitatur, ne potius virtus quam virtutes pronunciations actionisque imiteret. Natura sermonis, illi prebebit quasi ambas manus, et, ubi vox debet esse submissa, ubi excitatori, ubi præcepis, ubi tardior, ubi gravior, et ubi humanior, cum optime docebit. Sic etiam gestus cuiilibet sermonis parti, quin imo cuiusvis affectus signo responderet debent. Quod, si ipsarum coniunctionum sumus concii, optime evenit. Animus enim affectu penetratus nec egit doctore, nec imitatione. Sed et vox et gestus habent varios scopulos, in quibus naufragium ferre possunt. Præcipue expellere studeat imitator vocis rauicitatem, temnitatem, præcipitantiam, et monotoniam. Nam

Citharadus.

*Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem,
Horat. de art. poet. Gestus autem nec cerebriores, nec ratiiores esse, sed pro variis affectibus testificandis temperari debent,*

§. XXXV.

De imitationis rhetorica proprietatibus.

Antequam Colophonem huic libello addimus; pauca de imitationis rhetorica proprietatibus monenda superfluent. Tria vero huius studii præcipue sunt propria. Primum omnis imitatione debet esse libera, non coacta, i. e. que non juret in doctoris verba, neç alias tenentes rationem

iper-

*spennat, nec vi quasi quadam rapiat, quæ cogitandi modo
sunt contraria. Quam servilem imitationem merito quili-
bet ridebit cum Horatio:*

*O imitatores seruum pecus, ut mibi sape
Bilem, sepe iocum vestri movere tumultus!*

Epiſt. I, v. Deinde debet esse occulta, ira, ut non statim
apparet, cuius auctoris exemplum sit fecutus imitator,
quod sit, si potius animus ad uerba affectanda appellatur.
Denique hoc studium sane est difficultissimum, atque initio
minus iucundum. Hoc attenus quisque rhetoricesque
peritus lector lubentissime concedet. Vera enim semper
manebit sententia *Pliniana Epiſt. IV.* *Imitari omnes cupiunt,*
nemo aut paucissimi possunt.

§. XXXVI.

An imitator sit plagiarius;

Sed, nonne imitationis studiosus plagii erit reus?
Nam rapit, quod non suum est. Minime hoc crimen in
eum cadit. Non enim sumpit aliorum laborem, et pro
suo venditat. Perturbat neminem. Relinquit omnes
in quieta bonorum suorum possessione. Ad aliorum tan-
tum ordinem et artificium applicatum effingere atque ex-
ornare suos sermones, ut eundem finem cum illis af-
sequatur.


§. XXXVII.

Conſectaria.

Ex his, quæ ad demonstrationem imitationis rho-
ERICA studii atque indolis sunt disputata, quilibet facillime
in-

intelliget, primo hoc imitationis studium differre, ab imitatione puerili. Hec tantum verba, et elocutiones, sine argumentis persensis, ad perdiscendum linguae genium sibi vindicat, et in succum quasi et sanguinem convertit: nostra vero imitatio non tantum in verbis, sed in illorum quoque structura, et in sili diversitate, vel ratione argumentorum, vel affectuum, cernitur. Illa in subsidium vocat regulas Grammatices, haec regulas Rhetorices. Illa delectatur verbis, haec simul rebus. Deinde recte colligi potest: aliquem posse esse bonum rhetorices imitatorem, qui illius artificium, quod partibus orationis fese prodit, imitari studeat. Denique erit verum, quod in definitione diximus: veram imitationem nullis rebus parcere, quae persuadendo inserviant.







Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

D E

IMITATIONIS RHETORICÆ
STUDIO ATQVE INDOLE,

I N M E M O R I A M

I V B I L A E I

GYMNASII MERSEBURGENSIS,

a.d. XIX. m. DECEMBER.

A. R. S.

M. D. C C. L X X V.

C E L E B R A T I,

E X P O N I T

M. DANIEL GUILIELMVS FVNCCIUS,
GYMNAS. COLLEG. QVINT.



MERSEBURGI, LITTER. LAITENBERGER.

